

Pacem perturbant multa et destrunt. nam aliqui pacem perturbant inuidia. nam fratres ioseph inuidetes ei: non poterant ei pacifice loqui quicquid Gen. xxxvii. Auidia seu copia temporalium rerum sunt causa perturbacionis pacis et fomentum discordie et iurgiorum ut patet in pastoribus loth et abrahe Gen. xiiij. Similiter habetur de ysaac et pastoribus gerare propter causam predictam Gen. xxvi. Ambicio et superbia dominandi pacem perturbant. discordias et guerras suscitant inter propinquos ut patet de absalon contra patrem suum dauid. ii. Re. xvi. Ficta etiam pax perturbat et impedit pacem bonam et veram. idcirco ionathas noluit recipere pacem demetrii quia fide pacificari querebat. p. mach. x. Pacis bonum ex gratia et dono dei procedit. unde bonitas gratiosi prelati et bonitas subditorum causa extitit aliquando magne pacis ut patet de onya et populo iudeorum. ii. Mach. ii. Propter hanc causam paulus in suis epistolis proponit pacem dicens. gratias vobis et pax. dicens intelligere quoniam sine gratia esse non est pax impijs. ut dicit dominus ysaie lvij. De magno dono gratie diuine procedit quando ille qui recipit iniuriam vel offendenti offensam parcat ex animo et pacem ei qui eum offendit et cupiscit. sic dauid licet ab absalone persecutus querebat eius pacem dicens. est ne pax puero absalon. ii. re. xvij.

De peccato et eius effectibus:

Pecatum nocet homini.

- Ab interiori deprauato natura.
- Ab exteriori peccato iactura.
- Ab superiori exclamato pessuram.
- Ab inferiori deuastato figuram.

Peccatum ex sui natura nocet homini ab intrinseco. quia humanam naturam deprauat et exterminat. Tollit enim homini audaciam et causat erubescenciam. Nam primi parentes qui in statu innocencie nudi non erubuerunt. post peccatum erubescences se personatibus texuerunt Genes. tercio. Item aufert homini sensum et infatuat eum. Unde adam quando ante peccatum tanta sciencia pollebat quod rebus omnibus imposuit nomina secundum proprietates earum. post peccatum sic infatuatus est. quod a facie homini cui nuda et aperta sunt omnia abscondere se credebat. Genes. tercio. Salomonem sapientis finem peccatum infatuauit maculans eius famam. iii. Regu. xi. et Ecclesiastici. xlvij. Item peccatum facit hominem timidum

aufferendo securitate. Nam adam ante peccatū pluries audiuit
dñm et vocem eius nichil timuit. post peccatū cum vocaret a dño
ait. **Audiui vocem tuā et timui Gen. iii.** Item dauid q̄ fuit au
dax et bellicosus et victoriosus ut patz p̄. **ii. Regū** in diuersis ca
pitulis. post peccatū adulterij cū bersabee et homicidij vris factū
est pauidus adeo q̄ absalon filium suū nudis pedibz fugeret
ut patz. **ii. Re. xv.** Item tallit quietē intrinsecam. hominē non fi
nens quiescere. nam cor impij quasi mare feruens qd̄ quiescere
nō potest. **Vsa. lvij.** Similiter percussit dñs cor dauid. post q̄
peccauit populū numeratō. **ii. Re. xxiiij.** ¶ Peccatū nocet homini
ab extrinseco qz multiplici pena corpali et guerra punitur in p̄
senti ut patz in adam et in eua expulsis de paradiso de maledicti
ombz et peis eis a deo adiūctis. pena viri fuit simplex. qz in la
bore vultus tui vesceris pane tuo. pena mulieris fuit duplex. i
dolore pies filios. et sub viri potestate eris. Causa huius duplici
comis fuit qz ipsa virū induxerat ad peccandū. **Gen. iii.** Sodo
mite etiā p̄ penam ignis et sulphuris sūt puniti. **Gen. xix.** Vxor
etiā loth qz peccauit cōtra p̄ceptū domini se vertendo in statuā
salis est cōuersa. **Gen. xix.** Pharaō etiā p̄pter peccatū cognouit
se flagellari dicens. peccauit in daum. **Exo. x.** Quia filij isrl̄ deum
multociēs offenderūt peccando. fuerūt ab eo sepius flagellati ut
habet **Nūeri Josue Ruth Judicū Judit h. Regū** et p̄ totū vet̄
testamētū. deserta est iherlm̄ et omnis vrbs iude p̄pter maliciā
quā fecerunt. **Ihere. xliij.** ¶ Peccatū nocet homini a superiori
qz clamat vindictā et peccatūz specialiter enorme qd̄cūqz sit il
lud. iō dixit dñs ad cayn. Vox sanguis fr̄is tui abel clamat ad
me de terra. **Gen. iiii.** Clamor peccatorū vestrorū in aures dei sa
baoth introijt. **Jacobi. v.** ¶ Peccatum nocet homini ab infe
riori rectam eius figurā ad multa incōmoda incurrendo et specia
liter recidiuatio in peccatū que multum debilitat hominē. sic
recidiuatio in egritudinem debilitat corpus plura in ipsum pe
ricula inducendo. Vnde in huius figurā dicitur. qz post q̄ ambu
lauit iorā in vias pessimas sic debilitatus est qz recessit ab eo et om
ni et noluit ei soluere tributa. **iii. Re. viij.** Dicitur etiā qz p̄pter pec
catum iherlm̄ instabilis facta est. **Tren. p̄.** Seru? salomōis au
sus ē insurgere cōtra eum p̄pter peccata sua. **iii. Re. xi.** Ad hoc fa
cit xpi p̄bula cū immundus spūs exiret de homine. **Math. xij.**

Ob hanc causā dixit xps languido curato. vade et amplius noli peccare ne deterius aliquid tibi cōtingat. et simile dixit mulieri in adulterio deprehense. Jo. viij.

De penitentiā p̄cōrum.

P̄nā debz fieri

- Statim et sine dilacōe.
- Cum vera cordis contricōe.
- Cum nuda confessiōe.
- Cum integra satisfactōe.
- Cū iustificacōe et s̄ctitate.
- Cū recepōe et benignitate.

Penitentiā debet fieri celeriter et nō differri vsqz ad senectutē vel mortē. non est em̄ tutū ire p̄ desertū huius vite sine amaritudine p̄nē. In cuius figurā maria q̄ diu mānit extē castra nō p̄cesserunt filij p̄ desertū Nūi. xij. Hoc est etiā cōsiliū sapientis. qz dicit. nō tardes venire ad dñm et ne differas d̄ die i diez Eccā. v. Vt dñs ad penitentiā festinā inducerz hoīes recitat exemplū de quibusdā et sup quos cecidit turris. et subdit dicens. nisi penitentiā feceritis simul p̄ibitis Lu. xij. Ad hoc idem facit p̄bola de seruis vigilantibz in penitentiā et expectantibz dominū quādo reuertatur a nuptijs qz diem et horaz mortis ignoramus penitus Lu. xij. Querentibus quibusdā iudeis quid facerent respondit petrus. Penitentiā agite. Actū. ij. Dixerunt fideles deus penitentiā dedit fidelibz ad vitam. id est in vitā exercendam Actū. vndecimo. Penitentiā debet esse cum contricōe cordis cuius signum sunt lacrimae fluentes ab oculis. Ido audiens populū iratum esse dominū p̄pter murmur eoruz luxit nimis et in mane plus q̄ deus precepit facere voluit Nūe ri. xxiiij. Ad vocem angeli increpantis populū leuauerunt vocē pariter et fleuerunt Judiciū secundo. Lamentante esdra p̄ peccatis populi dictum est ei si est penitentiā in israhel. p̄. Esdre decimo. Peccatrix mulier penitens sic lacrimis abundauit qz de eis pedes domini lauit. Luce. viij. Quia dñs vidit magnā contricōez in muliere in adulterio deprehensa leuem et breuē penitentiā ei dedit dicens. vade et amplius noli peccare Jo. viij. Homo volens de peccatis contricōem habere debz a turbā secedere. In cuius figurā petrus qui peccauit in atrio foras exiens plo rauit amare Matth. xxvij. Penitentiā post contricōem requirit nudam